

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5042

Auteur(s) : Eugène III [pape]

Bénéficiaire(s) : Eu, Notre-Dame (abbaye)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1148, 28 mars

Lieu d'émission : Reims

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Le pape Eugène [III] prend l'abbaye Notre-Dame d'Eu sous sa protection et confirme les biens et les droits de ladite abbaye.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 56, p. 126-130.

Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII* 2^eéd., Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., n° 9198, t. 2, p. 53.

Texte établi d'après a

EVGENIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI. DILECTIS FILIIS ROGERO ABBATI SANCTÆ MARIE DE AVGO EIVSQVE FRATRIBVS TAM PRESENTIBVS QVAM FVTVRIS REGVLAREM VITAM PROFESSIS IN PERPETVVM. Pie postulatio uoluntatis debet effectu prosequente compleri, ut deuotionis sinceritas laudabiliter enitescat et utilitas postulata uires indubitanter assumat. Eapropter, dilecti in domino filii, uestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatum locum, in quo diuino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus secundum beati Augustini regulam et institutionem fratrum de sancto Victore Parisiensi perpetuis ibi temporibus inuiolabiliter conseruetur. Preterea quascumque possessiones, quecumque bona idem locus in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis Deo propitio poterit adipisci, firma uobis uestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis: ecclesiam sanctæ Mariæ de Augo cum ecclesiis et decimis et rebus omnibus ad se pertinentibus, ecclesiam sancti Iohannis b[a]ptiste, ecclesiam sancti Petri, ecclesiam sancti Iachobi, terram de monte de Furcis et terram iuxta Tilleiv, campum in ualle de Culmont, tres curtillos iuxta fossatum sancti Iohannis, terram Assculfi, terram Assculfi decani cum hospitibus, mansionem Wandregisili, masuram Roberti cantoris in oppido et aliam iuxta sanctum Petrum, masuram Esmundi de atrio sancti Iohannis cum hospitibus, masuram Botholan in ueteri oppido, pratum Rogerii Daniel, d[u]os hospites ante domum Athelini, masuram Wiboldi, duas chambas in ueteri oppido cum [.....] aliis de Omtibus, tres masuras

in castello, duas cambas Hosmundi et Alberti, d[ecimam] de uestra parrochia Augi, decimam molendinorum Augi et multuram canonicorum quietam, de redditu foreste Augi LII solidos ad luminare ecclesiae, decimam porcorum, ceruorum, capreorum de foresta et piscium aquae Augi, masuram iuxta domum Bosonis, decimam de Sartistillei, m[a]suram iuxta domum Hernulfi sacerdotis, duos solidos de Laurentio de censu Petri Frausini, decimam de hospitibus Augi et de chamba Petri Laeset et de ponte et de mareis et de sancto Ylario, scilicet de censu Gaufredi de Baliolo et de piscatoribus suis Vltrisportus, decimam de uirgulto VII[.]i sub castro, masuram ad Hairencurt ad ferendam aquam et mansiones proprias canonicorum liberab ab omni consuetudine, theloneum propriarum rerum et familie sue et nemus quietum, decimam de bosco Roculfi de Culmont, de Brunuilla, de Maisnilsmunt et omnem decimam denario[rum] de censu Augi, de hospitibus et capp[o]num et erbagio et de lignagio et de carbonibus et decimam de stallis, ubi uenditur panis, ecclesiam de Parco cum appendicio, totam curiam comitis Henrici iuxta ecclesiam sancte Mariae, ecclesiam de Stenelonda cum omnibus decimis de parrochia, ecclesiam de Floscis, atrium cum omnibus decimis de parrochia, ecclesiam de Criolio cum omnibus decimis de parrochiis eiusdem loci, atrium sancti Albini cum tota terra, quae data est ecclesiae et quae diffusa est per campos, sedem nauis cum aquaria, qua[t]tuor prat[a], ecclesiam de Tocheuilla cum cantuaria, ecclesiam de Seniuilla cum decima, ecclesiam de Caabla cum tertia parte decime de parrochi[a], scilicet de bosco Trosebot, de bosco Valterii, de Altuiler, ecclesias de Blangeio, sancti Dionisii cum ali[i]s, tertiam partem decimae de Fontanis et de Boistelmansnil, de Lapeni et de quodam feudo Anseri totam et de dominio comitis et de terra Abraam totam et terram sancti Dionisii et quattuor curtillos iuxta sanctum Dionisium, curtillum de Fontanis, campum sancte Mariae, pratum, quattuor masuras de int[e]g[ro] brasario, dimidium Hamechel, decimam de lana, de agnis, de anseribus, ecclesias de Fulcarmont cum omni decima de dominio comitis et de quibusdam feudis et de omni parrochia tertiam garbam et decimam de agnis, terram, que pert[i]net ad ecclesiam, hospitem unum iuxta ecclesiam sanctae Mariae et ex al[ter]a parte alium de feudo Baillol, di[mi]dium [mo]dium frumenti et dimidium grosse annonae ad molendinum, ecclesiam de Fanenchurt cum tertia garba, ecclesiam d[e] Pelceruin cum tertia garba, sedem grangiae, ecclesiam de Obertmasnil cum omni decima de parrochia frugum [.....] de Bl[a]d[e]l[ti]ol (?), de Gornai, de St[.....], in Platea [ui]lla ante ecclesiam III masuras Galterii sacerdotis, Raineri sutoris, Wilhelmi parmentarii et theloneum ei[usdem et] terram, atrium et campum ab ecclesia usque tilium, terram Maniz (?) cum bordario, decimam uirgulti et caseorum de dominio domini, e[cc]lesiam sancti Iermani cum o[mni] decima ad illam pertinente, ecclesiam de Bosco Gaufredi cum omni decima ad eam pertinente et terra et cum aliis rebus, quas idem Gaufredus dedit in Normannia et in Anglia, apud Augum curtillum Bernardi Fullonis, alterum ante domum Galfredi Rufi de Criolio, parrochiagium omnium hominum de Bosco Roculfi, decimam de sancto Remigio, quam primum possedit Augensis ecclesia, Acommanil III hospites et omnem decimam eorum et campartum, ad Boscum Ricardi II hospites et decimam et cam[part]um et VI hospites, V solidos reddit[us] de festo sancti Remigii, nemus de Catebosco, II partes decime de feudo Algrini de Uite (?), in molendinis de Grancurt decimam de parte comitis, decimam molendini de Scotigneis, campartum apud Criolium de [..]ll[.....]entis hospit[.....], ex [....] feudo Albani de Raug[.....] frumenti de dominio Balthoni, de triginta solidis de censu Coli[....] uestri, modium grosse annonae, ad molendinum de VII Mol(is) dimidium modium frumenti, ad molendinum Augi dimidium modium frumenti, decimam de censu de Blangeio et de theloneo et de furnis et de foragiis et de trauerso, domum et masuram Radulfi filii Iuonis, ortum ad Mattum Maisnil, multos collibertos in terra Pontiuii, ecclesiam de Lanceriis cum omnibus appendiciis suis, ecclesiam de A[lna]i cum omnibus appendiciis suis, terram, quam Willelmus de Alena dedit Augensi ecclesiae, et terram, quam t[ra]hit de feudo eiusdem, terram [et] decimam, quam habetis de feudo Williemi de Friencurt, terram et decimam, quam idem dedit, apud sanctum Quintinum de Vimaco quartam partem totius uille in te[rr]a et bosco et hospitibus preter primam mansionem, terram de Prat[o] Widonis], boscum Hugonis de Ra(m)burell(is) et terram, quam Wuillelmus de Bouencurt dedit uobis. Sancimus etiam, ne aliquis in ecclesiis uel decimis, quas idem monasterium possidet, aliquid hereditarium sibi ausu temerario uendicare presumat. Obeunte uero te nunc eiusdem loci abbate uel [t]uorum qu[o]libet successorum nullus inibi qualibet subreptionis astutia uel uiolentia preponatur, nisi quem fratres communi co[n]sensu uel fratrum pars consilii sanioris secundum Dei timorem et beati Augustini regulam prouiderint eligendum ; de sua domo, si personam [habeant] id[oneam], sin autem d[e] d[om]o sancti Uictoris Par[i]siensis uel de eccl[esiis], quae de eiusdem domus societate sunt, abbatem sibi eligant. Decernimus ergo, ut nulli om[ni]no hominum liceat prefatum locum temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere, minuere aut aliquibus [uexationi]bus fatigare, sed omnia integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salua sedis apostolicae auctoritate et diocesanorum episcoporum canonica iustitia. S[i] qua igitur ecc[lesi]astica secularisue persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit, secundo tertioe commonita, si non

satisfactione congrua emendauerit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamq[ue se diuino iudicio exi]stere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et domini nostri Iesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri Iesu Christi, quatin[us et hic] f[r]uct[um] b[o]ne actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. AMEN. AMEN. AMEN.

R. Ego Evgenius catholicæ æcclesiæ episcopus ss. BV.

† Ego Ymarus Tusculanus episcopus ss.

† Eg[o Hu]b[a]ld[us] presb. card. tit. sancte Praxedis ss.

† Ego [Huba]ldus presb. card. tit. sanctorum Iohannis et Pauli ss.

† Ego Hvgo presb. card. tit. in Lucina ss.

† Ego Bernardus presb. card. tit. sancti Clementis ss.

† Ego Iordanus presb. card. tit. sanctæ Susannæ ss.

† Ego Oddo diac. card. sancti Georgii ad uelum aureum ss.

† Ego Gregorius diac. card. sancti Angeli ss.

† Ego Iacintus diac. card. sancte Marie in Cosmydyn ss.

Dat. R[emis] per [m]anu[m] G[VI]DONIS sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis et can[c]ellarii V kal. aprilis, indictione XI, incarnationis dominice anno [M°.C°.XL°.VIII°], pontificatus [uero] d[omni] EVGENII PAPE III [anno] quarto.